

N. 67.

A. D. 1318

(10 maggio; Indiz. I)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes de magistro Francisco not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,56; larg. m. 0,26 e mezzo. Macchiata in vari punti e sbiadita.
<i>Scrittura</i>	Gotica con molte abbreviazioni.
<i>Contenuto</i>	Per volere di Elisabet, abbadessa del monastero di S. Chiara di Barletta, il notaio autentica e trascrive due lettere di Fra Gunsalvo, ministro generale dell'Ordine dei Minori in Puglia. Nella prima di esse si conferma la nomina della detta Elisabet ad abbadessa del Monastero di Barletta, avvenuta nel Capitolo generale di Tolosa, e le monache accettano la regola di S. Damiano (1307) come è nel Monastero di Salerno. Nella seconda il medesimo fr. <i>Gunsalvus</i> (22 maggio 1307), fa trascrivere la Bolla di costituzione degli Ordini di S. Chiara, S. Damiano e Minorisse, spedita da Anagni dal Papa Bonifacio VIII, e l'altra (1298) di Innocenzo IV, spedita da Lione il 15 luglio 1244.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† (1) Anno ab Incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo octavo decimo, Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno decimo Mense Madii die decimo eiusdem prime Indictionis apud Barolum. Nos Bartholomeus de sire Marino Regalis Baroli Iudex, Iohannes de magistro francisco puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico notum facimus et testamur atque fatemur, quod predicto die nobis personaliter accersitis ad Monasterium Ecclesie Sancte Clare in Barolo ad petitiones nobis proinde factas pro parte venerabilis et Religiose domine domine sororis Helisabet, abbatisse eiusdem Monasterii et conventus dicti Monasterii, dicta domina abbatissa ostendit nobis et puplice legi fecit ac nos ipsi vidimus et legimus duo paria licterarum Reverendi in Christo patris et domini fratris Gunsalvi, quondam ordinis fratrum Minorum Generalis Ministri et servi noto et consueto sigillo ipsius fratris Gunsalvi in cera alba sigillatas, que lictere erant patentes non abolite non abrase non cancellate, omni prorsus vicio et suspicione carentes, et Tenor unius per omnia talis erat. In Christo sibi (*sic*) carissimo fratri: Ministro Apulie, frater Gunsalvus ordinis fratrum Minorum Generalis Minister et servus salutem et pacem in domino sempiternam. Suggestit spiritus pietatis piis votis in quibus divinus promovetur cultus et opus impenditur animarum saluti clementer annuere et benigne favere. Ea propter devotarum dominarum Monialium baroli in loco qui dicitur sancta Clara devote (2) petentium recipi in curam ordinis nostri sub regula sancti Damiani piis precibus condescendens concedo tenore presencium de consilio et assensu capituli generalis quatinus si aliquem canonicum non obsistat Religiosam dominam sororem Helisabet olim de monasterio Salernitano eiusdem ordinis sancti Damiani assumptam que nunc est gubernatrix predictarum dominarum ut asseris pro hac vice auctoritate mea predicto

(1) La croce è sostenuta da una mano. (2) Questa parola è ripetuta.